



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||**

**Ignacio <de Loyola>**

**Mogvntiae, 1600**

**VD16 I 56**

Modus Posterior.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45165**

DEO ; perfecte deum, si ei placeat,  
recipiendam & stabiliendam.

*MODVS POSTERIOR BE-  
ne eligendi; in regulas quatuor, &  
annotationem vnā dis-  
tributus.*

**R**EGVLA prima: quòd, cum  
oporteat per affectum ex  
DEI amore cœlitus infu-  
sum, fieri electionem, eligētem con-  
uenit persentiscere in seipso, quòd  
quicquid affectionis ( siue multum  
siue modicum sit ) erga rem electam  
tenet, ex solius DEI amore, & intuitu  
proficiscatur.

**S**ECUNDA, \* est: considerare, si quis \*  
mihi vir amicissimus, cui nihil non  
perfectionis inesse cupiã, occurreret  
dubius super electione huiusmodi,  
quidnam ego illi decernendum ma-  
xime, effem consulturus. Quo anim-  
aduerso, agendum & mihi ducam, vt  
suaderem alteri.

Tertia.

**T**ertia; mecum insuper reputare, si mors ingrueret, quem me mallem obseruasse modum in presentis deliberatione. Iuxta hunc igitur, eligendum nunc esse facile intelligam.

**Q**uartam; prospicere non minus, quando pro tribunali sistar iudicandus, quo me consilio hac in re usum esse vellem. Quo agnito nunc utar, ut eo tempore magis sim securus.

**A**dnotandum est postremo, quod hisce regulis quatuor propter salutem meam, & animi quietem accurate seruatis, debeat iuxta ultimum punctum modi præcedentis, electionem ipsam definire, & offerre Deo comprobandam.

*DE EMENDATIONE SEU  
reformatione circa vite statum,  
cuius facienda.*

**I**n primis illud est aduertendum, quod si quis vel matrimonio, vel

officio